



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XXXV. Ad Andream Erstebergium Caes. Consil.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

XXXIV.

Ad Nicolaum Clemen-  
tem Trelaxum.

*Qui dat, emit, CLEMENS, alios sibi: quique li-  
Accipit, is se mox, et sua vendit inops. (benter  
Sic dare, quam accipere est melius, ne sapius ipse  
Accipiam, cunctis dem tamen, opio magis.*

XXXV.

Ad Andream Erstebergium  
Caf. Confil.

*Oppius Augusto fit ab aure senator Iulo:  
Imperij princeps quum fuit ipse sui.*

*Oppius Augusto tu nunc es ab aure Rodolpho  
Alter, et arcani conscius ipse fori.*

*Laus haec magna quidem: sed non minor illa pu-  
(tanda est,*

*Quod morum geminas hoc bonitate decus:  
Ac quod amas Musas sic, Musarumque ministros*

*ANDREA: quarum gratus alumnus eras:  
Quum tibi floreret primi iam temporis aetas,*

*Ac tibi barba semel, bis ve rejecta foret.*

*Carmina quum legeres populo juvenilia passim:  
Praecinctus lauri tempora fronde sacra.*

*Nec dubito, quin sis tibi costans semper, et idem  
Carminis auctores carminis auctor ames.*

B 2 Nam

*Nam licet imperij grauiora negotia tractet:  
Tu tamen oblitus non potes esse tui.  
Si facis, vt facis hoc, rectè facis: & tibi M<sup>o</sup>  
Pro virtute tua præmia digna dabunt.*

XXXVI

*Ad D. Iulium Comitem  
à Salmis, & Neoburgo ad Oenum,  
Cæs. Confil.*

*Qui rectè cupit imperare, I V L I:  
Sit clemens simul, atque liberalis.  
Nam clementia, liberalitasque  
Aequales homines facit Deo: qui  
Clemens omnibus, atque liberalis,  
Indulget veniam reis: nocetque  
Nullis: sed facit omnibus benignè.*

*Quid? quod mancipat ipse sic amicos,  
Ac hostes pariter sibi malignos:  
Quos fidos sibi reddit, ac benignos:  
Si clemens sit hic, atque liberalis.*

*Sic nulla melior paratur arte  
I V L I, cuiquam hominum fauor: nec vlla est  
Cuiquam conuenientior voluptas,  
Quàm seruare homines, & adiuuare.  
Hæc est summa, Comes benigne, virtus:  
Hæc cælum petitur via decorum.*

Iaco